

tibus ceteris, corum causa potior habetur in sententiis ferendis, qui pluribus eodem tempore suffragii jure decurionis decorati sunt. Sed et qui plures liberos habet, in suo collegio primus sententiam rogatur, ceteros que honoris ordine praecellit.

7. PAULUS, lib. 2 Sententiarum.

Honores et munera non ordinationi, sed potioribus quibusque injuncta sunt. — § 1. Surdus²⁵, et mutus, si in totum non audiunt aut non loquuntur, ab honoribus civilibus, non etiam a munibibus excusantur. — § 2. Is qui non fit decurio, duumvirato, vel alio honoribus fungi non potest: quia decurionum honoribus plebeii fungi prohibentur. — § 3. Ad decurionum filii ita demum pater non consentit, si²⁶ contraria voluntatem, vel apud acta praeisdit, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio modo contestatus sit.

8. HERMOGENIANUS, lib. 4 Epitomarum.

Decurionibus facultatibus lapsis alimenta decerni permisum est: maxime si ob munificientiam in patrem patrimonium exhaerent.

9. PAULUS, lib. 4 Decretorum.

Severus Augustus dixit: Etsi probaret Titius in servitute patris suus natus: tamen cum ex libera muliere sit procreatus, non prohibetur decurio fieri in sua civitate. — § 1. Non esse dubitandum, quin navicularii²⁸ non debent decuriones creari.

10. MODESTINUS, lib. 4 Responsorum.

Herennius Modestinus respondit, sola alii proscriptione minime decurionem factum: qui secundum legem decurio creatus non sit.

11. CALLISTRATUS, lib. 4 Cognitionum.

Non tantum, qui tenerae aetatis, sed etiam qui grandes natu sunt, decuriones fieri prohibentur: illi quasi inhabiles rempublicam tueri, ad tempus excusantur: hi vero in perpetuum amoventur; non alias seniores: ne seniorum excusatione juniores onerentur, ad omnia munera publica suscipienda soli reliqui: neque enim *minores*²⁹ vigintiquinque annis decuriones allegi, nisi ex causa possunt: neque hi, qui annum quinquagesimum quintum³⁰ excedunt: nonnunquam etiam longa consuetudo³¹, in ea re observata, respicienda erit: quod etiam custodiendum principes nostri, consulti de allegandis in ordine Nicomediensium hujus aetatis hominibus, rescripserunt.

12. Idem, lib. 6 Cognitionum.

Eos qui utensilia negotiantur, et vendunt, licet ab aedilibus cedantur, non oportet quasi viles personas negligi. Denique non sunt prohibiti huiusmodi homines, decurionatum, vel aliquem honorem in sua patria petere: nec enim infames³² sunt, sed ne quidem arcentur honoribus, qui ab aedilibus flagellis caesi sunt, quanquam jure suo ita aediles officio isto fungantur; in honestum tamen puto esse, huiusmodi personas, flagellorum icibus subjectas, in ordinem recipi: et maxime in eis civitatis, que copiam virorum honestorum habent: nam paucitas³³ eorum qui munibus publicis fungi debeant, necessario etiam hos ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, invitent.

13. PAPIRUS JUSTUS, lib. 2, de Constitutionibus.

Imperatores Antoninus et Verus, Augusti, rescripserunt, in tempus³⁴ relegatos, et reversos, in ordinem allegi sine permisso principis non posse. — § 1. Item rescripserunt, relegatos non posse tempore finito in ordinem decurionum allegi, nisi ejus aetatis fuerint, ut nondum decuriones creari possent: et dignitas certa, spes ejus honoris, id faceret, ut princeps indulgere possit. — § 2. Item rescripserunt, eum, qui in relegatione natu est, non prohiberi honore decurionatus fungi. — § 3. Item rescripserunt, non admitti contradicere volentem, quod non recte quis sit creatus decurio, cum initio contradicere debuerit.

14. PAULUS, lib. 4 Quæstionum.

De decurione damnato non debere questionem³⁵ haberi divus Pius rescripsit: unde etiam si desierit decurio esse, deinde damnatur: non se esse torquendum, in memoriam prioris digitatis placet.

²⁴ Add. L. 1. C. h. t. — 25. C. de potioribus, ad munera nominandis, lib. 10, tit. 65. — 26. L. 2, 2 5, infra de vacante munere. — 27. L. 2, in pr. infra, ad municipal. — 28. Vide tamen L. 30, L. 1, 2 8, ult. supr. h. t. — 29. L. 6, 2 1, supr. h. t. L. 8, infra de jure immunit. — 30. L. 1, 2 8, ult. supr. h. t. — 31. L. 5, in pr. infra, de jure immunit. — 32. Add. L. 12, supr. h. t. — 33. L. 11, 2 2, infra de munib. — 34. L. 2, supr. de Carbon. editio. t. — 35. L. 35, C. col. — 36. L. 17, in fin. C. de question.

Tir. III. — 1. L. 2, 2 1, supra de decurionum.

Tir. IV. — 1. Lib. 10, C. 41, 42, 43. — 2. L. ult. in pr. infra, h. t. — 3. d. L. ult. 2 4 et 10, in fin. — 4. L. 3, 2 1; d. L. ult. 2 29, infra, cod. — 5. L. 1, 2 1, supr. quod cuiuscunq;

4. ULPIANUS, lib. 5, de Officio proconsulis.

Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut lege municipalis prescribit: sed si lex cessat, tunc dignitates erunt spectanda, ut scribantur eo nomine, quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est: puta: qui *duumvira gesserunt*, si *hic honor praecellat*, et inter duumvirales antiquissimus quisque prior is: deinde hi, qui secundo post duumviratum honore in republica functi sunt: post eos qui tertio, et deinceps: mox hi, qui nullo honore functi sunt, proli quisque eorum in ordinem venit. — § 1. In sententiis¹ quoque dicendis idem ordo spectandus est, quem in albo scribendo diximus.

2. Idem, lib. 2 Opinionum.

In albo decurionum in municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates principis iudicio consecuti sunt: postea eorum, qui tandem municipalibus honoribus functi sunt.

1. HERMOGENIANUS, lib. 4 Epitomarum.

Munerum² civilium quedam sunt patrimonii, alia personarum. — § 4. Patrimonii sunt munera rei vehicularis, item navicularis, decemprimatus³: ab ipsis enim periculo ipsorum exactiones solennem celebrantur. — § 2. *Personalia* civilia sunt munera, defensio civitatis, id est, ut syndicus⁵ fiat, legatio⁶, ad census⁷ accipendum, vel patrimonium [scribitus] *xapitana*⁸, id est, *camelorum agitatio exhibitoque*, annona⁹ ac simili cura, prædiorumque publicorum, frumenti comparandi, aquæductus¹⁰: equorum circensium spectacula, publica via munitiones¹¹, arcæ frumentariae, calefactio¹² thermarum, annona divisio¹³, et quæcumque aliae curæ istis sunt similes: ex his enim, qua retulimus, cetera [etiam] per leges cujusque civitatis ex consuetudine longa intelligi potuerunt. — § 5. Illud tenendum est generaliter, personale quidem munus esse, quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi ac vigilancia solenniter extitit: patrimonii¹² vero, in quo sumptus maxime postulatur. — § 4. Aequo personale munus est tutela¹⁶, cura aduliti, furiosive, item prodigi, muti, etiam ventri, etiam ad exhibendum cibum, potum, tectum¹⁷ et similia: sed et in bonis, cuius officio uscapanes interpellantur, ac, ne debitores liberentur, provideant. Item, ex Carboniano editio honorum possessione petita, si satis non detur, custodiendi boni curator¹⁸ datum personali fungitur munere. His similes sunt boni¹⁹ dati curatores, que fuerunt eis, qui ab hostibus capti sunt, et reverti speratur. Item custodiendi ab eo relictis, cui²⁰ needum quisquam civili vel honorario jure successit, curatores constituti.

2. ULPIANUS, lib. 21, ad Sabinum.

Quod ad honores pertinet, creditur in potestate filium habere etiam is, qui in patris potestate est.

3. Idem, lib. 2 Opinionum.

Et qui originem ab urbe Roma habent, si alio²¹ loco domicilium constituerint: munera ejus sustinere debent. — § 1. His qui castris²² operam per militiam dant, nullum municipale munus injungi potest: ceteri autem privati, quamvis militum cognati sunt, legibus patriæ sue, et provincie obediunt debent. — § 2. Si in metallum datus in integrum restitus sit: perinde ac si nec dannatus fuisset, ad munera vel honores vocatur: nec opponit fortunam, et casus tristiorum suis ad hoc solum, ne patria idoneus civis esse videatur. — § 3. Corporalia munera feminis²³ ipse sexus denegat: quominus honores, aut munera injunguntur. — § 4. Fili, si nullam habet excusationem, intercedere pater, in cuius potestate est, jus non habet. — § 5. Quod pater non consensit²⁴ honoribus sive munib. filii, ne illius patrimonium oneri subjiciatur, praestat defensionem: non civem patriæ utilitatibus, quatenus potest, au-

diversa: d. L. ult. 2 15. — 6. d. L. ult. 2 22. — 7. d. L. ult. 2 9. — 8. d. L. ult. 2 11. — 9. L. 2, 2 6, infra de vacante munere. — 27. L. 2, in pr. infra, ad municipal. — 28. Vide tamen L. 30, L. 1, 2 8, ult. supr. h. t. — 29. L. 6, 2 1, supr. h. t. L. 8, infra de jure immunit. — 30. L. 1, 2 8, ult. supr. h. t. — 31. L. 5, in pr. infra, de jure immunit. — 32. Add. L. 12, supr. h. t. — 33. L. 11, 2 2, infra de munib. — 34. L. 2, supr. de Carbon. editio. t. — 35. L. 35, C. col. — 36. L. 17, in fin. C. de question.

Tir. III. — 1. L. 2, 2 1, supra de decurionum.

Tir. IV. — 1. Lib. 10, C. 41, 42, 43. — 2. L. ult. in pr. infra, h. t. — 3. d. L. ult. 2 4 et 10, in fin. — 4. L. 3, 2 1; d. L. ult. 2 29, infra, cod. — 5. L. 1, 2 1, supr. quod cuiuscunq;

fert. — § 6. Quamvis major²⁵ annis septuaginta, et quinque²⁶ liberos incoluum pater sit, ideoque a munib. civilibus excusat: filii tamen eius suo²⁷ nomine competentia munera agnoscere debent: ideo enim proprium premium immunitalis proper filios patribus datum est, quod illi subiungunt. — § 7. Vitricus onera munib. civilium nomine privigni sui suscipere nulla juris ratione cogitur. — § 8. Liberti munib. fungi debent apud²⁸ originem patronorum: sed si sua patrimonia habent suffectione oneribus: res enim patronum munib. libertino subiecta non est. — § 9. Quod pater in reatu²⁹ criminis aliquis est, filii impedimento ad honores esse non debet. — § 10. Decaprotos etiam minores annis xxv fieri, non militantes tamen, pridem placuit: quia³⁰ patrimonii magis onus esse videtur. — § 11. Exactionem tributorum, onus patrimonii esse constat. — § 12. Cura frumenti comparandi munus est: et ab eo atas septuaginta³¹ annorum, vel numerus quinque³² incolium liberorum excusat. — § 13. Eos milites, quibus supervenientibus hospititia præberi in civitate oportet, per vices³³ ab omnibus, quos id munus contingit, suspici oportet. — § 14. Munus hospitii³⁴ in domo recipiendi, non personæ, sed patrimonii onus est, pater non prohibetur: nisi per ipsum stetit, quominus causa intra annum expeditetur. — § 15. Praeses provincie provideat, munera et honores in civitatibus æqualiter per³⁵ vices secundum aetas et dignitates, ut gradus munerum, honorumque, qui antiquitus statuti sunt, injungi: ne sine discriminâ et frequenter iisdem operassis, simul viris et viribus res publica destituatur. — § 16. Si duo filii in patris potestate sint, eodem tempore munera eorum pater sustinere non compellitur. — § 17. Si is, qui duos filios relinquet, nihil de expediendis munib. alterius filii ex communis patrimonio supremis suis cavit, propriis³⁶ sumptibus is et munera, et honores, qui ei injunguntur, suscipere debet, quamvis pro altero vivus pater ejusmodi onera expedierit.

7. MARCIANUS, lib. 2 Publicorum.

Reus⁴⁶ delatus etiam ante sententiam honores petere principalibus constitutionibus prohibetur. Nec interest, plebeius, an decurio fuerit. Sed post annum, quam reus delatus est, petere non prohibetur: nisi per ipsum stetit, quominus causa intra annum expeditetur. — § 1. Eum, contra quem proper hoines appellatur, si pendente appellatione honorem usurparerit, coercendum D. Severus rescripsit. Ergo etsi is, qui honoribus per sententiam uti prohibitus est, appellaverit, abstineret interim petitione honoris debet.

8. ULPIANUS, lib. 11, ad Edictum.

Ad rempublicam administrandam ante⁴⁸ vicesimum quintum annum, vel ad munera, qua non patrimonii sunt, vel honores, admitti minores non oportet: denique nec decuriones creantur, vel creati suffragium in curia ferunt. Annus autem vicesimus quintus ceptus pro pleno habetur, hoc enim in honoribus favoris causa constitutum est, ut pro⁴⁹ plenis inchoatos accipiamus: sed in his honoribus, in quibus reipublice quid eis non committitur: ceterum, cum damno publico honorem ei committi, non est dicendum, etiam cum ipsis perniciose minoris.

9. Idem, lib. 5, de Officio consulis.

Si quis, magistratus in municipio creatus, munere injuncto fungi detrectet: per praesides munus adgnoscere cogendus⁵⁰ est remedium, quibus tutores⁵¹ quoque solent cogi ad munus, quod inunctum est, agnoscendum.

10. MODESTINUS, lib. 5 Differentiarum.

Honorem sustinenti munus imponi non potest: munus sustinenti honor deferri potest.

11. Idem, lib. 11 Panendarum.

Cura extruendi vel reficiendi operis in civitate munus publicum est, a quo quinque⁵² liberorum incolium pater excusat: nec, si per vim extortum munus fuerit, excusationem, quam habet ab aliis munib. auferet. — § 1. Deficientum facultatibus, ad munera, vel honores, qui indicantur, excusatio non perpetua, sed temporalis est: nam si ex voto honestis rationibus patrimonium incrementum⁵³ accepit: suo tempore, an idoneus sit aliquis ad ea, quae creatus fuerit, estimabitur. — § 2. Inopes⁵⁴ opera patrimonii ipsa non habent necessitate non sustinent, corpori autem indicta obsequia solvent⁵⁵. — § 3. Qui obnoxius munib. sua civitatis fuit, nonne militie, defugiendi oneris municipalis gratia, dedit: deteriori causam reipublica facere non potuit.

5. SCÆVOLA, lib. 1 Regularum.

Navicularii et mercatores olearii, qui magnam partem patrimonii ei rei conulerunt, intra quinquennium⁵⁶ muneric publici vacationem habent. Ut gradatim⁵² honores deferantur, edicto, et ut a minoribus ad maiores perveniant, epistola divi Pii ad Titianum exprimitur. — § 1. Etsi lege municipalis caveatur, ut præferrentur in honoribus certe conditionis homines, altam sciendam est, hoc esse observandum, si idonei sint: et ita rescripto divi Marci continetur. — § 2. Quotiens penuria est eorum, qui magistratum suscipiunt, immunitas⁵³ ad aliquid infringitur: sicuti di fratres rescripterunt. — § 3. Reprobari posse⁵⁴ medicum a republika, quamvis semel probatus sit, divus Magnus Antoninus cum patre rescriptis. — § 4. Eos qui primis⁵⁵ literis pueri inducent, non habere vacationem divus [Magaus] Antonius rescriptis.

12. JAVOLENUS, lib. 6, ex Cassio.

Cui muneric publici vacation datur, non remittitur ei, ne magistratus sit: quia id ad honorem magis, quam ad munera pertinet: cetera omnia, que ad tempus extra ordinem exiguntur, velut municio viarum, ab hujusmodi persona exigenda non sunt.

13. Idem, lib. 13, ex Cassio.

Vacatio, itemque immunitas, quæ liberis et posteris⁵⁶ aliecius data est, ad eos duntaxat pertinet, qui ejus familiæ sunt.

14. CALLISTRATUS, lib. 4, de Cognitionibus.

Honor municipalis est administratio reipublice cum dignitatis gradu, sive cum sumptu, sive sine erogatione contingens. — § 1. Munus aut publicum, aut privatum est. Publicum⁵⁷ munus dicitur, quod in administranda reipublica [cum] sumptu sine titulo dignitatis subimus. — § 2.

25. L. 5, in pr. infr. de jure immunit. — 26. L. 4, in pr. infr. h. t. — 27. L. 5, 2 4, infr. de jure immunit. — 28. L. 6, 2 8 ult. supr. ad municipal. — 29. L. 2, 2 7, supr. de decurionum. — 30. L. 1, 2 1, supr. h. t. — 31. L.

Viarum munitiones⁵³, praediorum collationes, non personæ, sed locorum munera sunt. — § 3. De honoribus, sive muneribus gerendis cum quæritur, in primis consideranda persona est ejus, cui defertur honor, sive muneris administratio: item origo natalium: facultates quoque an sufficiere injuncto muneri possint: item lex, secundum quam muneribus quisque fungi debeat. — § 4. Plebeii filifamilias pericolo ejus⁵⁴, qui nominaverit, tenebuntur: idque imperator noster Severus Augustus in hæc verba rescripsit: *Si in numero plebeiorum filius tuus est: quamquam invitus honores ex persona filii suscipere cogi non debes: tam resistere, quoniam patriæ⁵⁵ obsequatur pericolo ejus; qui nominavit, jure patræ potestatis non potes.* — § 5. Gerendorum honorum non promissa facultas est, sed ordō certus huic rei adhibitus est: nam neque prius⁵⁶ majorem magistratum quisquam, nisi minorem suscepere potest: neque ab omni aetate, neque continuare⁵⁷ quisque honores potest. — § 6. Si alii non sint, qui honores gerant, eosdem compellendos, qui gesserint, complurimi constitutionibus caverunt. Divus etiam Hadrianus de iterandis muneribus rescripsit in hæc verba, illud consentio, ut si alii non erunt idonei, qui [hoc] munere fungantur, ex his qui [jam] functi sunt, creentur.

13. PAPINIANUS, lib. 5 Responsorum.

Et si filium pater decurionem esse voluit, tamen defuncto, honores, qui filio decurioni congruentes post mortem patris obtigerunt, ad onus⁵⁸ coheredis filii non pertinent, cum ei decurioni sufficientes facultates pater reliquerit.

16. PAULUS, lib. 1 Sententiarum.

Estimationem honoris, aut muneris, in pecunia, pro⁵⁹ administratione ferebentes audiendi non sunt. — § 1. Qui pro honore pecuniam promisit, si solvere eam caput: totam⁶⁰ præstare, operis inchoati exemplo, cogendum est. — § 2. Invitus filius pro patre, rempublicam salvam fore, cavere⁶¹ non cogitur. — § 3. Defensionem reipublicæ amplius, quam semel, suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas⁶² postulet.

17. HERMOGENIANUS, lib. 1 Epitomarum.

Sponte provinciae sacerdotium iterare nemo prohibetur. — § 1. Immunitas ab honoribus et munib[us] civilibus, si decurioni creato filio, quem habet in potestate, consentiat, in munib[us] et honoribus sumptus subministrare filio compellitur.

18. ARCADIUS CHARISIUS, lib. singulari de Muneribus civilibus.

Munerum civilium triplex divisio⁶³ est: nam quedam munera personalia sunt, quedam patrimoniorum dicuntur, alia mixta. — § 1. Personalia⁶⁴ sunt, que animi provisio, et corporalis laboris intentione sine aliquo gerenti detramento perpetratr: velut⁶⁵ tutela, vel cura⁶⁶. — § 2. Calendarii quoque curatio, et questura in aliqua civitate, inter honores non habetur: sed personalia munus est. — § 3. Tironum, sive equorum productio, et si qua alia animalia necessario producenta vel res per-venchenda, sive persequenda sunt, vel pecuniae fiscals, sive annona, vel vestis, personæ munus est. — § 4. Cursus vehicularis⁶⁷ sollicitudo, item angariarum prebitio, personale munus est. — § 5. Cura quoque emendi frumenti, olei (nam harum specierum curatores, quos ὄτωνες⁶⁸, id est, frumentarios, et ἀλατῶν, id est, olearios appellant, creari moris est) inter personalia munera in quibusdam civitatibus numerantur: et calefactio⁶⁹ publici balnei, si ex redditibus aliquicis civitatis curatori pecunia subministratur. — § 6. Sed et cura custodiendi⁷⁰ aqueductus personalibus munib[us] aggregatur. — § 7. Hirenaria quoque, qui disciplina publica et corrigendis moribus praeficiuntur. Sed et qui ad faciendas vias⁷¹ eligi solent, cum nihil de proprio patrimonio in hoc munus conferant. Item episcopi, qui presunt panī, et ceteris venalibus rebus, que civitatum populus [ad] quotidiam victimum usui sunt, personalibus munib[us] funguntur. — § 8. Qui annona suscipit vel exigit⁷², vel erogat, et exactores pecunie pro capitibus personalis muneri sollicitudinem sustinent. — § 9. Sed et curatores, qui ad colligendos civitatum⁷³ publicos redditus eligi solent, personali munere subjungantur. — § 10. Hi quoque, qui custodes aedium, vel archeotæ, vel logographi, vel tabulariæ, vel xenoparochi: ut in quibusdam civitatibus, vel limenarchæ, vel cu-

ratores ad extruenda vel reficienda adficia publica, sive palatia, sive navalia, vel mansiones destinantur: si tamen pecuniam publicam in operis fabricam erogent, et qui faciendi vel reficiendi navibus⁷⁴, ubi usus existit, præponuntur, munib[us] personalibus adstringuntur.

§ 11. Camelasia⁷⁵ quoque similiter personale munus est: nam, ratione habita et alimentorum, et camelorum, certa pecunia camelariis dari debet, ut solo⁷⁶ corporis ministerio obligentur. Hos ex albi ordine vocari, nec ulla excusatione liberari, nisi sola⁷⁷ laeti et inutilis corporis, et infirmitate, specialiter sit expressum. — § 12. Legati quoque, qui ad sacram principis mittuntur, quis viaticum, quod legatum⁷⁸ dicitur, interdum solent accipere: sed et noctostrategi, et pistrinorum curatores personale munus inueniunt. — § 13. Defensores quoque, quos Graeci synicos⁷⁹ appellant, et qui ad certam causam agendum vel defendendum eliguntur, labore personalis muneri adgreditur. — § 14. Judicandi quoque necessitas⁸⁰ inter munera personalia habetur. — § 15. Si aliquis fuerit electus, ut compellat eos, qui prope viam publicam possident, sternere viam: personale munus est. — § 16. Pari modo, qui acceptandis, sive suscipiendis censusvalibus professionibus destinantur, ad personalis muneri sollicitudinem animum intendunt. — § 17. Mastigophori quoque qui agonothetas in certaminibus comitantur, et scribunt magistratus, personali muneri serviunt. — § 18. Patrimoniorum sunt munera, quae sumptibus⁸¹ patrimonii, et dannis administrantis⁸² expedituntur. — § 19. Elemporia, et ospratura apud Alexandrinos patrimonii munus existimat. — § 20. Susceptores quoque vini per provinciam Africanam patrimonii munus gerunt. — § 21. Patrimoniorum autem munera duplia sunt: nam quedam ex his munib[us] possessionibus sive patrimonio indicuntur, velut aiginiales equi, vel mulæ, et angariæ, atque verhedo. — § 22. Hujusmodi igitur obsequia et hi, qui neque municipes, neque incolæ sunt, adgnoscere coguntur.

§ 23. Sed et eos, qui fenus⁸³ exercent, etsi veterani sint, tributio-nes ejusmodi agnoscere debere, rescriptum est. — § 24. Ab hujusmodi munib[us] neque primipilaris, neque veteranus⁸⁴, aut miles, aliuse, qui privilegio aliquo subinxus, nec pontifex excusat. — § 25. Præterea habent quedam civitates prærogativum, ut hi, qui in territorio ea-rum possident, certum quid frumenti pro mensura agri per singulos annos præbeant: quod genus collationis munus possessionis est. — § 26. Mixta⁸⁵ munera decaprotia⁸⁶, et icosaprotia⁸⁷, ut Herennius Modestinus et notando, et disputando bene et optima ratione decrevit: nam decaproti et icosaproti tributa exigentes, et corporale ministerium gerunt, et pro omnibus defunctorum fiscalia detrimenta resarcunt: ut et merito in-ter mixta munus numerari debeat. — § 27. Sed ea, que supra personalia esse diximus, si hi, qui funguntur, ex lege civitatis suæ, vel more, etiam de propriis facultatibus impensa faciant, vel annona ex-gentes desertorum praediorum dama sustainente: mixtorum definitione continebuntur. — § 28. Hæc omnia munera, que trifariam divisimus⁸⁸, una significacione comprehenduntur: nam personalia, et patrimoniorum, et mixta munera, civilia seu publica appellantur. — § 29. Sive autem per-sonalium duntaxat, sive etiam civilium munera immunitas aliqui conce-datur: neque ab annona, neque ab angariis, neque a verbedo, neque ab hospite recipiendo, neque a nave, neque capitatione, exceptis militibus et veteranis⁸⁹, excusat. — § 30. Magistris, qui civilium munera vacationem habent, item grammaticis, et oratoribus, et medicis, et philosophis, ne hospitem⁹⁰ recipent, a principibus fuisse immunitatem indultam, et D. Vespasianus et D. Hadrianus rescriperunt.

TIT. V.

DE VACATIONE, ET EXCUSATIONE² MUNERUM.

1. UPLIANUS, lib. 2 Opinonum.

Omnis excusatio sua⁵ æquitate nititur: sed si prætentibus aliquod sine judice credatur, aut passim sine temporis præfinitione, prout cuique libuerit, permisum fuerit se excusare, non erunt, qui munera necessaria in rebus publicis oboeat: quare et, qui liberorum incoluum jure a munib[us] civilibus sibi vindicant excusationem, appellationem⁴ inter-

infra: vaccinatione. — § 5. L. 2, supr. h. t. — 59. L. 4, C. de filiisam, et quedam. pro his pater. — 60. L. 2, supr. de justit. et iure; L. 1, 2, 15, in fin. supr. de ventre in poss. — 61. L. 11, in pr. supr. h. t. — 62. L. 18, supr. ad municipal. L. 1, C. de munib[us] et honoris non continuand. excep. 2 fin. supr. h. t. — 63. L. 3, fin. supr. h. t.; L. 2, 2, supr. ad municipal. — 64. L. 2, C. excep. invenit. — 65. Addit. L. 11, in fin. supr. de pollicet. — 66. L. 5, 2, 5, inf. de admin. rerum ad civili perit. — 67. L. 1, 2, supr. h. t. — 68. Immo vide L. 1, in pr. supr. eod. — 69. L. 1, 2, 3, supr. eod. — 70. Inst. de excusat. tut. in pr. — 71. L. 1, 2, 3, supr. h. t. — 72. d. L. 1, 2, 3, 73. L. ult. 2, 6, inf. de administr. rer. ad civit. perit. — 74. L. 1, 2, 2, supr. h. t. — 75. d. L. 1, 2, 2, 76. d. L. 1, 2, 2, 77. 2, 5, supr. hic: d. L. 1, 2, 2, 78. d. L. 1, 2, 2, 79. d. L. 1, 2, 2, 80. d. L. 1, 2, 2, 81. 2, 5, supr. h. l. — 82. L. 2, 2 pen.

s. *Idem*, lib. 4 Responsorum.

pondere debent: et qui tempora præfinita in ordinem ejusmodi appellatio-num peragendo non servaverint, merito prescriptione repelluntur. — § 1. Qui excusatione aliqua utuntur, quotiescumque creati fuerint, et si jam ante absoluti sunt, necesse habent appellare; sed si per calumniam et sapientiæ adversarius vexandi gratia ejus, quem scit perpetua vaca-tione subinxus, id facere probatus erit, sumptus⁵ litis exemplo decreto-vacatione subinxus; — § 2. Legati quoque, qui ad sacram principaliū prestare jubearunt ei, quem sine causa sapientiæ inquietauit. — § 3. Qui in fraudem ordinis in honoribus gerendis, cum inter eos ad primos honores creari possint, qui in civitate manerantur, evi-tandorum majorum onerum gratia ad colonos praediorum se transtulerunt, ut minoribus subiungantur: hanc excusationem sibi non paraverunt. — § 4. Quamvis⁶ sexagintaquinque annorum aliquis sit, et tres liberos in-columes habeat: a munib[us] tamen civilibus propter has causas non li-beratur.

2. *Idem*, lib. 5 Opinionum.

Sextum decimum ætatis annum agentem, ad munus sitione vocari non oportet: sed si nihil proprie in patria servatur, de minoribus⁷ quoque anni vigintiquinque ad munera sive honores creandi justa ætas servanda est. — § 1. Numerus liborum, aut⁸ septuaginta annorum, ab honoribus aut munib[us] his cohærentibus excusationem non præstat, sed a munib[us] tantum civilibus — § 2. Adoptivi⁹ filii in numerum non proficiunt eorum liborum, qui excusare parentes solent. — § 3. Qui ad munera vocantur, vivorum¹⁰ se liborum numerum habere tempore, quo propter eos excusari desiderant, prolar debent: numerus enim liborum postea impletus, suspectis ante munib[us] non liberat. — § 4. Quæ patrimoniorum onera sunt, numero liborum non¹¹ excusantur. — § 5. Incolumes¹² liberi, etiam si in potestate patri suo desiderint esse, excusationem a munib[us] civilibus præstant. — § 6. Minus¹³ audiens immunitatem civilium munnerum non habet. — § 7. Quem ita senio¹⁴, et corporis imbecillitate¹⁵ vexari præses amadiverterit, ut muneri perfe-rendæ pecunia non sufficiat: demittat et alium constituat. Corporis de-bilitas eorum munenerum excusationem præstat, qua tantum corpore implenda sunt: ceterum quæ consilio prudenter viri, vel patrimonio suffi-cientes in homines obiri possunt: nisi certi et receptis probabilibus cau-sis non remittuntur. — § 8. Qui pueros primas¹⁶ literas docent, immu-nitatem a civilibus munib[us] non habent: sed ne eum id, quod supra vires sit, indicatur, ad præsidis religionem pertinet, sive in civita-tibus, sive in vicis primas literas magistri doceant.

3. SCEVOLA, lib. 5 Regularum.

His qui naves marinas fabricaverunt, et ad annonam populi romani præfuerint, non minores quinquaginta milium modiorum, aut plures sin-gulas non minores decem milium modiorum, donec haec naves navigant, aut aliae in eorum locum, munera publici vacatio præstatutus ab navem. Senatores autem hanc vacationem habere non possunt: quod nec habere illis navem¹⁷ ex lege Julia repetundarum licet.

4. NERATIUS, lib. 1 Membranarum.

Tempus vacationis, quod¹⁸ datur eis, qui reipublicæ causa asuerunt, non ex eo die numerandum est, quo quis abesse desit, sed cum quo-dam laxamento itineris: neque enim minus abesse reipublicæ causa in-telligendus est, qui adit negotium, vel ab eo revertitur. Si quis tame-plus justo temporis, aut itineri, aut in alio loco commoratus, consum-pserit: ita ea interpretanda erit: ut ex eo tempore vacationis dies incipiatur ei cedere, quo iter ex commodo pergere potuisse.

5. MACER, lib. 2, de Officio præsidis.

A decurionatu, quamvis hic quoque honor est, ad alium honorem nullam vacationem tribuendam, Ulpianus respondit.

6. PAPINIANUS, lib. 2 Questionum.

Hi qui munera publici vacationem habent, ad ea, quæ¹⁹ extra ordi-nem imperantur, compelli non solent.

7. *Idem*, lib. 56 Questionum.

A munib[us], quæ non patrimonio²⁰ indicuntur, veterani post optimi nostri Sevi Augusii literas, perpetuo excusantur.

5. L. 79, in pr. supr. de judic. — 6. L. un. circa fin. C. qui numero tutel. — 7. L. 8, supr. 2, 2, 2, in fin. supr. tit. prox. — 8. L. 1, 2, 15, in fin. supr. h. t. — 9. Inst. de excusat. tut. in pr. — 10. L. ult. inf. h. t. — 11. L. 6, 2, 4, supr. tit. prox. — 12. L. 2, 2, 5, supr. de ex-cusat. — 13. L. 7, 2, 1, supr. de decurionib. — 14. L. 5, in pr. inf. de jure immunit. — 15. L. 1, 2, 2, 2, 1, supr. tit. prox. — 16. L. 11, in fin. supr. tit. prox. — 17. Addit. L. 46, 2, 2, supr. de jure fisci. — 18. L. 10, 2, 3, supr. tit. prox. — 19. L. 8, 2, 5, inf. h. t.; L. un. C. de vacat. procur. — 20. L. 2, 2, 1, supr. de veteran. — 21. L. 2, 2, 1, supr. h. t. — 22. L. 6, supr. de decurionib. — 23. L. un. C. de vacat. publici mun. — 24. L. 2, 2, 5, supr. de excusat. — 25. d. L. 6, 2, 7, 1, supr. h. t.; L. ult. C. qui numero liberor. se excus.

9. *Idem*, lib. 4 Responsorum.

In honoribus delatis neque²¹ major annum septuaginta, neque pater numero quinque liberorum excusantur. Sed in Asia sacerdotum provincie suscipere non coguntur numero liberorum quinque subnixi, quod optimus maximus princeps noster Severus Augustus decrevit, ac postea in ceteris provinciis servandum esse constituit. — § 1. Non alios fisci vec-tigialium redemptores a munib[us] civilibus, ac tutelis excusari placuit, quæ eos qui presentes negotium exercent. — § 2. Vacationum pri-marij principes mittuntur, quis viaticum, quod legatum²² dicitur, inter dum solent accipere: sed et noctostrategi, et pistrinorum curatores personale munus inueniunt. — § 3. Qui munib[us] publici vacationem habet per magistratus²³, ex improviso collationes indicias recte recusat: eas²⁴ vero, quæ a lege fiunt, recusare non debet. — § 4. Philosophi, qui se frequentes atque utiles per eandem studiorum sectam contenduntibus præbent, tutelas²⁵, item munera sordida corporalia remitti placuit: non²⁶ ea quæ sumplibus expedientur: etenim vere philosophantes pecuniam contemnunt, cujus retinenda cupiditate fictam adserationem detegunt. — § 5. Qui maximos principes appellavit, et causam propriam acturus Roman profectus est: quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus, et civilibus munib[us] apud suos excusatur.

9. PAULUS, lib. 4 Responsorum.

Eos qui Romæ²⁷ proficiuntur, proinde²⁸ in patria sua excusari munib[us] oportere, ac si in patria sua proficerentur. — § 1. Paulus respondit: privilegium, frumentarii²⁹ negotiatoribus concessum, etiam ad honores excusandos pertinere.

10. *Idem*, lib. 4 Sententiarum.

Ab his oneribus, quæ possessionibus vel patrimonio indicuntur, nulla³⁰ privilegia præstant vacationem. — § 1. Corpus mensurarum³¹ frumenti juxta annonam urbis habent vacationem: in provinciis non idem. — § 2. Angariarum præstatio, et recipiendi hospiti³² necessitas, et militi et liberalium artium professoribus inter cetera remissa sunt. — § 3. Auctis³³ post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtenuit non excusantur. — § 4. Defensores reipublicæ ab honoribus et munib[us] eodem tempore vacant.

11. HERMOGENIANUS, lib. 1 juris Epitomarum.

Sunt munera, que